Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30486
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



nentem Ergo ama obedienciam dilige ob-
edienciam · quia magna virtus est Ut autem illius
magnitudinem adhuc lucidius intelligas.
sequens miraculum frequenter lege Dicebat
autem fratres · quia narrauit quidam patrum
se uidisse tres ordines in celo Quorum
primus ordo erat hominum infirmorum · et
gratias agencium deo Secundus erat hospitali-
tate sectancium · instanter ministrancium eis
Tercius ordo erat eorum qui ad obedien-
dum spiritualibus patribus se submittunt propter
dominum Videbatur autem ordo obedienciam
torquem auream habere · et multo amplius
quam alii gloriam habebat Ego autem dixi
ei quid mihi ostendebat hec omnia Quomodo
iste ordo qui paruus est · maiorem quam alii
gloriam habet Et ille respondens dixit
mihi · quia hi qui hospitalitatem sectantur ·
secundum propriam voluntatem idipsum faciunt ·
similiter qui in heremo se religant · arbi-